



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

**Parisiis, 1644**

XII. Vt femina non habitet cum sacerdote.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15625**

facerdotis, aut cuiuslibet iusti hominis, qui per vitæ meritum talem viuendo suo corpori defuncto locum acquisuit. Corpora vero, quæ antiquitus in ecclesiis sepulta sunt, nequaquam proiiciantur, sed tumuli quia apparent, profundius in terram mittantur. Et paumento desuper facto, nullo tumulorum vestigio apparente, ecclesiæ reuerentia seruetur. Vbi vero tanta est multitudo cadaerum, vt hoc facere difficile sit, locus ille pro \* mysterio habeatur. Ablato inde altari, & in eo loco constituto, vbi religiose & pure Deo sacrificium offerri valet.

## X.

Non debere ad ecclesiam ob aliam causam conuenire, nisi ad laudandum Deum, & eius seruitium faciendum, statuimus. Disceptationes vero & tumultus, & vaniloquia, & ceteræ actiones ab eodem sancto loco penitus prohibendæ sunt. Vbi enim Dei nomen inuocatur, Deoque sacrificium offertur, angelorum inesse frequentia non dubitatur, periculosest tale aliquid dicere vel agere quod sancto loco non conuenit. Si enim Dominus illos de templo eiecit qui viætmas quæ sibi offerebantur emebant vel vendebant, quanto magis illos iratus inde abiiciet, qui mendaciis, vaniloquiis, risibus, & huiuscemodi nugis locum diuino cultui mancipatum fôdant.

## XI.

*Dent. 16.* Missarum solennia nequaquam alibi nisi in ecclesia celebranda sint, non in quibuslibet domibus & in vilibus locis, sed in loco quem elegerit Dominus, iuxta illud quod scriptum est: *Vide ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris, sed in loco quem elegerit Dominus, ut ponat nomen suum ibi.* Exempta ratione eorum qui in exercitu per gentes ad hoc opus habent, tentoria & altaria dedicata, in quibus Missarum solennia expleantur.

## XII.

Nulla femina cum presbytero in vna domo habitet, quamuis enim Canones matrem, & sororem, & huiuscemodi personas, in quibus nulla sit suspicio, cum illo habitare concedant, hos nos modis omnibus idcirco amputamus, quia in obsequio, siue in occasione illarum veniunt aliæ feminæ, quæ non sunt ei affinitate coniunctæ, & eum ad peccandum illiciant.

## XIII.

\* *lege  
cemete-  
rio, in-  
ta Conci-  
lii Mel-  
densis.*